



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10261

XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

221

SANCTI ALEXII VIRI DEI VITA · EX
SIMEONE METAPHRASTE.



E VIT vir pius Romæ, nomine Euphemianus, diuis Ar. 17. Julij chadio & Honorio Imperatorib², Senator magnus: cui tria erant seruatorū millia, qui zonis aureis & vestimentis sericis induebantur. Nullos autem susceperat filios, quoniam vxorē habebat sterilem. Optimus hic erat vir. Euphemianus in hospitalitas insignis. Ternas domi suæ mēsas instruebat pro viduis, & pupilis, & peregrinis, & pauperibus, & ægrotantibus. Ipse vero hora nona cum monachis peregrinis panem edebat. Et si quando minus in pauperes benignus & misericors extitisset, prostratus in faciem suam, dicebat: Non sum dignus, qui ambulem in terra Dei mei. Huic erat vxor Aglais nomine, mulier uacilis ac timens Deum, & erga pauperes benigna ac liberalis. Quæ cum esset sine liberis, Deum orabat, vt sibi filium largiretur, in quo vir eius cōquiesceret, & animum oblectaret. Et recordatus est eius Deus, largitusque est ipsi filium, vt fenestutis solatium haberet. Et baptizauerunt eum, imposueruntque illi nomē Alexio. Quem, cum sex esset annorum, Grammaticæ rudimētis imbuendum, & historię Ecclesiasticæ cognitione, atque arte oratoria erudiendum curarunt. Ita que doctissimus euasit. Alexius ad mouetur literis.

Verūm cum adoleuisset, Matrimonio, inquit Euphemianus ad coniugem suam, coniugamus charissimum filium nostrum. At illa prōcidit ad pedes eius, Cōfirmet, inquit, Deus id, quod dixisti. Nuptias celebra dulcissimi filij nostri, vt videam ex eo prolem, & letetur animus meus: & adhuc egenis & pauperibus auxiliabor. Puellā igitur ei regij sanguinis desponderunt, & coronarunt eos in templo S. Bonifacij, adhibitis venerandis sacerdotibus: totumque diem hilariter vsque ad vesperam transegerunt. Tunc Euphemianus: Ingredere, inquit, fili ad sponsam, & cognosce coniugē tuam. Qui in thalamum ingressus, eam in sella sedentem inuenit, annulumque suū Valedicite sponsæ, & peregre abit. & caput baltei, in velo purpureo inuoluta, ei tradidit: Accipe, inquit, hæc atque serua: & Deus erit inter me & te, donec illi placebit. Et in cubiculum suum ingressus, ex proprijs diuitijs sumpsit: & ad portum descendens, nauem inuenit, in eamque conscendit, ac Laodiceam peruēnit. Cumque è nauī egressus esset, agasones reperit, quibus se itineris comitem adiunxit, donec Edessam Mesopotamiæ urbem, vbi Domini IESV imago seruat^r non manufacta, quam ipse dedit Abagaro in vita sua, peruēnit. Hic omnia bona sua vendidit, pauperibusque distribuit. Atque vestimentis vilibus indutus, & in vestibulo templi Dominae nostræ Dei genitricis manēs, si quid accipiebat, id egenis senibus nutriendis impēdebat. Et cum faciem quidem in medio brachij demissam teneret, cor eius Deo vacabat. Viuit pauper apud Edessam.

Mater autem die, quæ celebratas nuptias cōsecuta est, in cubiculum suum ingressa, fenestram clausit, saccumque strauit ac cinerem, atque ibi iacebat: Non surgam, inquit, prius, quàm didicero, quid filio meo vnigenito factum sit. At nurus ad solā crū conuersa: Neque ego, inquit, à te discedam, & turturem imitabor: quæ solitudinis amās, quando maritus eius, quem vniciū habet, captus est, mœrens eum in conuallibus queritat. Sic ego forti animo feram & expectabo, dum audiam, quid viro meo, qui preclaram viuendi rationem elegit, acciderit. Pater autem, cum post nuptiarū diem filius non inueniretur, omnes ferè seruos ad eum quarendū dimisit. Quorum è numero cum quidam Edessam peruēnissent, ei minimè ab ipsis cognito eleemosynam dederunt. Ipse verò & agnouit eos, & gratias egit Deo, qui se dignū fecisset, vt eleemosynam à seruis suis domesticis acciperet. Serui autem redeuntes, Domino suo nunciauerunt, se filium eius non inuenisse. Accipit eleemosynā à seruis paternis.

At Alexius, cum decem & septem annos in vestibulo adis Dominae nostræ Dei genitricis trāsegisset, Deoque gratus esset, imago ipsius beatæ Virginis sic adis custodem est allocuta: Introducito huc virum illū Dei, qui dignus est regno cælorum: nam oratio eius, sicut incensum, ascendit in conspectu Dei, & spiritus sanctus super eum requiescit. Introductus igitur, cum celebris omnibus fieret, ipse vt humanam gloriā fugeret, Tarsum Ciliciæ ad sancti Pauli templum are decreuit, vbi nemini notus foret. Sed naui conscensa, vi tempestatis Romam appulit. Itaque: Viuit, inquit, Dominus.

mus Deus meus, nō ero cuiquam grauis: sed domū patris accedam, cūm sim omnibus ignotus. Cūm igitur patri ē magno palatio multis comitantibus redeunti occurrisset, Serue, inquit, Dei, benignitatem exerce in me abiectum & pauperem, domiq; tuā ad mitte, vt de micis, quā cadunt ē mensā tua, cum seruis tuis domesticis edam: Et Deus sanctus benedicet temporibus tuis, & si qui tuorū peregrinantur, eos tibi reddet incolumes. Audita peregrinorum mētionē Euphemianus, lætus, quōd eiusmodi pauperi factus esset obuiam, & filij sui vnigeniti recordatus, cōuocatis seruis suis: Quis, inquit, ex vobis huic pauperi vult deseruire, & liber erit omnibus diebus vitæ suæ, atque etiam hæreditatem accipiet ē domo mea? Eum in vestibulo domūs cōstituite, vt quotiescunquē ingrediar & egrediar, illum videam. Nulla eū re mensā meā defraudate.

In domo paterna viuere ignotus. Multa pati- tur à seruis paternis.

Matt. 11.

Cūm autem vespera aduenisset, & silentium esset, quidam ē seruis eum affligebant, quidam alapis cadebant, alij vellebant capillum: alij sordes in caput arcana effunde- bāt. Ipse verò hæc diaboli opera fieri considerans, omnia patienti & læto animo sustine- bat. Quodam autem die cūm Archiepiscopus sacra faceret, & sacrificio diuus Imperator interesset, audita est vox diuinitus, dicens: Venite, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Quamobrēm timor & admiratio mōctos inuasit. Et ceciderunt in facies suas clamantes: Misere nostri, Domine. Secūdo autem audita est vox ex altari, dicens: Quærite virum Dei, & orabit pro Roma, & res prosperè cedit. Die autem parasceue ē corpore egreditur. Eo die igitur summo manè cūm omnes in sancti Petri templum conuenissent, vt intelligerēt, vbinam vir ille Dei esset, arcana vocis monitu dictum est, vt in adibus Euphemiani virū Dei conquirent. Tū sacratissimus Imperator ad Euphemianum: Tantum, inquit, munus domi habebas, & nobis id nō significasti?

Mortuus nomen suū ac vitæ ordinem scripto pandit.

At Dei vir cūm sciret vitæ suæ finem appropinquare: Affer huc, inquit ministro suo, frater chartam & atramentum. Scripsitque totam vitam suam, & arcana, quæ inter se & patrem ac matrem sponsamque suam intercesserant, & quicquid ei dixerat in thalamo, cūm illi dedit anulum aureum, & caput balrei in velo purpureo inoluta, vt à parentibus agnosceretur. Decreuit igitur diuus Imperator, vt Euphemiani domus peteretur, ibique vir Dei quæreretur. Euphemianus autem seruis suis iussit, vt ad suscipiendum Imperatorem domum ornarent, & scamna fellasque disponderēt. Sponsa verò stans in solario spectabat, quid sibi vellet ea perturbatio, & quæ dicerentur ac fierēt. At Alexij minister ad dominam suam: Num, inquit, hic pauper est vir Dei? Magna profectò & præclara signa in ipso perspicio. Quolibet enim Dominico die sancta mysteria suscipit, cibusque eius tenuis, & potus duæ sunt aque vnciæ. Ad hæc quidam ē seruis affligunt eum, nonnulli alapis cadunt, alij vellunt capillos, multi sordes in caput eius effundunt, quæ ille perfert æquo animo.

Nota abstinentiam.

Interim Euphemianus accedens, Alexium, cui neque vox, neque auditus erat, al. loquebatur: relectaque eius facie, tanquam Angeli splendidam vidit. Cumque defunctum esse, & chartam manu continere animaduertisset, conatus est eam tollere, sed non potuit. Itaque veniens ad Imperatorem: Inuentus est, inquit, is, quem pietas vestra conquiri: sed cessit ē vita, & chartam manu tenet, quam nobis dimittere non vult. Tunc diuus Imperator lectum in medio secreti cubiculi sterni iubet, in eoque ipsum collocari. Archiepiscopus autem, & diuus Imperator consurgentes, ceciderunt in facies suas, atque dixerunt: Da nobis chartam, vt videamus, qui sis, & quid sibi velint ea, quæ in charta conscripta sunt. Et confestim chartam ipsis tradidit, quam Aërio sacrosanctæ Ecclesiæ Cancellario legendam dederunt. Dum autem legeretur, magnum est silentium consecutum. Sed cūm ad eum locum peruentum esset, vbi de parentibus, deque sponsa fiebat mentio, & quemadmodum ipsi anulum aureum, & balrei caput in velo purpureo conuoluta tradidisset, tunc Euphemianus excitatus canos diuelle- re, & cursu ad venerabile corpus contendere, atque illud complecti, & magna cum affectione osculari, ac dicere: Heu me miserum, domine mi, cur sic mecum egisti? Cur hanc animo meo afflictionem inuisti? Cur mihi te, cūm in paterna domo esses, meque tristem ac mœstum cernereres, non aperuisti?

Post obitū agnosceatur à suis.

Mater autem tanquam læna ē viuario ruens, scissis vestibus, cælum obliquis oculis suspiciebat, & turbam precabatur, vt sibi locum daret. Date mihi, ô viri, dicebat, vt spem meam adspiciam. Date mihi locum, ô viri, vt membra contingam mea. Date mihi locum, ô viri, vt vnigenitum meum amplectar. Et accurrens, proiecit se super preciosum corpus filij sui, & amanter illud osculabatur, Hei mihi, inquiens, domi-
ne

DE S. ALEXIO CONFESSORE.

223

ne mi, cur nobis ita fecisti, vt affligeres animam nostrā? Videbas nos in patria domo dolentes, & te nobis non patefecisti? Hei mihi, quid faciam? Quò circumspectam? Sponsa verò lugubri veste induta, currens pròcidit super venerandum sponsi sui corpus: Hei mihi, inquit, mi turtur solitudinis amās tot annos propter te vixi solitaria, & hodiè vidua relinquo, nec habeo amplius, quem morer, quem expectem. Porrò Archiepiscopus & Imperator iusserunt, lectum circungestari: sed populus ita premebat, vt moueri nō posset. Tunc iussit augustissimus Imperator, vt aurum argentumq; projiceretur, quò populus ad colligendam pecuniam diuerteret. Verum nemo fuit, qui aurum curaret: sed omnes ad venerandas reliquias concurrebant. Si quis enim eas tantum adspiciebat, ab omni malo liberabatur. Surdi audiebant, muti loquebantur, mundabantur leprosi, dæmones fugabantur.

Nota sola reliquiarū eius conspicitur tor edira miracula.

Sacras igitur reliquias in sancti Petri templum gestarunt, vbi diebus septem ei iusta, parentibus & sponsa presentibus, celebrarunt. Imperator autem arcam è marmore & smaragdo faciendam curauit, in eaque corpus sanctissimum posuit XVI. Cal. Aprilis, Archadio & Honorio Imperatoribus, Innocentio autem primo Pōtifice. Porrò ex arca ipsius oleum suauissimum emanauit, ex quo si quis accipiebat, quicquid postulabat, obtinebat à Deo: Cui gloria in secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SANCTI MARTYRIS ATHE-
NOGENIS, EX SIMEONE METAPHRASTE.



TEMPORE Diocletiani Imperatoris magna erat insania Iulij 17.
aduersus Christianos, adeò vt venirent in periculum, qui
cunque ex Deo piè viuebant. Conturbabatur itaque vni-
uersus orbis terrarum, saua dominante insania. Plurimi
que ex propinquis etiam se inuicem tradebāt ad mortē,
pater filium, frater fratrem, amici amicos, propter metū
Imperatoris. Ingressus est autem quidam Præses in ciui-
tatem Sebesteam, nomine Philomarchus, qui iussit ca-
nere tibicines, & cymbala pulsari ante ipsū, & sacerdotes
idolorum gestantes coronas peragere sacrificia. Pro tri-
bunali autem sedens, dixit per præconem: Audite ciues,

Etiam pro-
pinqui inui-
cem se pro-
dunt.

& quicumque estis insignes, edictum Imperatoris, & accedentes sacrificare dijs. Clama-
uit autem vniuersa populi multitudo, dicens: Christiani sumus, nec idolis sacrificamus.
Et Tyrannus multam turbam supplicio affectam sustulit de medio. Sancti verò
propter Christum passi martyrium, acceperunt brauium supernæ vocationis.

Apud Seba-
stean mul-
ti Christia-
ni cæduntur.

Accedens autem ad Præsidentem quidam Cornicularius, nomine Nicolaus, dixit: Do-
mine Præses, est vir quidam nomine Athenogenes, qui est Choreus opus, & in erro-
rem inducit propemodum vniuersum orbem terrarum. Pedachthone autem habitat in
monasterio. Cum hoc autem audisset Præses, misit milites, qui cum comprehende-
rent. Qui cum venissent, in monasterium, & iustum illum non inuenissent, apprehē-
sos eius discipulos duxerunt Sebesteam. Videns verò eos Præses, iussit abduci in cu-
stodiam, & diligenter custodiri. Dixit autem militibus: Eorum quoque Ducem mihi
venemini. Ipsi verò circumspectantibus, an sanctum inuenirent alicubi, adueniens
sanctus Dei in monasterium, non inuentis fratribus, it in oratorium. Flens autem di-
cebat ei, quæ illic stabat, Cruci: Vbi sunt fratres, quos tibi commendaui? Quis consue-
tas preces Deo mecum emittet? Vbi sunt pulchri rami oleæ? Nihil scio, cur hoc mi-
hi factum sit. Erat autē sanctus animi anxius. Deambulante verò ipso in ambulacro,
occurrit ei cerua, quam paulo ante aluerat, & accurrens osculabatur iusti manus. Acce-
dens autem quispiam dixit ei: Vbi eras, domine, quādo tui capti sunt discipuli? Præses
enim missis militibus iussit ipsos abduci in ciuitatē Sebesteam, vt subeant martyriū.

Crucis effi-
gies, apud
veteres.

Cum autem audisset sanctus, affectus est lætitia. Suspiciens verò in cælum, cœpit di-
cere: Ago tibi gratias, Domine Iesu Christe, quòd generosos tuos ramos vocasti ad
regnum caeleste. Conuersusque sanctus, benedixit ceruæ, eaq; Deo commēdata, pro-
fectus est in Sebesteam ciuitatem ad fratres suos. Cum accessisset autem sanctus, est-
it ex aduerso Prætorij, cœpitque dicere: Cur meam diripuisti ecclesiam, Tyranne?
Videat Deus, in quibusnam versetur malis, & suam iram in te aggrauet. Statim verò
fuit Sanctus accersitus ad Præsidentem, ei que dictum est: Ecce adest, qui quæritur, Athe-
nogenes,

Athenoge-
nis cōstātia

Includitur
in custodia
Confortat
suos disci-
pulos.

nogenes, & multum queritur de vestra claritate. Statim autem iussit Præses sanctum conijci in custodiam, vbi etiam erant eius fratres inclusi propter Deum. Cum eos autem vidisset sanctus, valde est latatus, & dixit eis: Pax vobis impleatur, & Dei gratia sit vobiscum, filioli mei: Quoniam Deo grati effecti estis, ipse vos vocavit ad caeleste prandium. Estote ergo viri fortes, & ne extimescatis minas tyranni. Dei enim gratia cras consummabimini, & eritis cum Angelis choros ducentes in paradiso, perpetuo exultantes, & assidue Dominum caelestem glorificantes.

Decet eius di-
scipuli fla-
gellantur.

Decollatur

dixit Tyranno: Canis inique & impudentissime, non terres nos tuis minis. Fac quod volueris. Parati enim sumus omnia pati propter Christum. Tunc iratus Præses, iussit decem huius sancti suspensos cædi discipulos. Sancti autem dicebant, cum torque-
rentur: Nos ad flagella sumus parati propter Christum immortalē. Non te negamus, Domine. Cum autem magis magisque vidisset Tyrannus constantē & immutabile, & quæ nulla mouebatur poenitentia, tolerantia, iussit eos ensi subijci. Consummati-
que sunt sancti in bona confessione, & gloriose venerunt in paradysum.

Athenoge-
nes cædi-
tur.

Diuinitus
confirma-
tur.

Accersito autē sancto Athenogene, ei dixit Tyrannus: Vbi est Christus tuus, quem dicis Deum? Cur non tuos discipulos liberauit ē meis manibus? Iussit verò illū quo-
que ligno pendente cædi. Pendens autem sanctus, dicebat: Gloria tibi Deus, quod me dignum censueris, qui pro tuo torquerer nomine. Dicit autem Præses: Cur non te quoque eripit Deus tuus ē meis manibus? Martyr verò dixit: Et me liberat, & me liberabit, o inique, ab improbo tuo artificio. Iussit autē Præses eum de ligno deponi, at-
que in verberari in cauernis laterū. Sanctus verò Christi athleta cum grauitate torque-
retur, dicebat: In te, Domine, speraui: saluum me fac in tua misericordia. Facta est autem vox Dei ad eum, dicens: Confide, electe mi, & noli timere. Ego enim sum Do-
minus Deus tuus, qui te custodio. Quicumque autē hanc vocem audierunt, contre-
muerunt. Qui verò eum torquebāt lictores, obrorpuerunt, non valētes moueri. Phi-
lippus autem assessor Principis, dixit: Nō dixi tibi, Præses, eos esse magos? Hunc quo-
que à nobis citò tolle de medio. Tunc iussit Præses eum quoque ensi subijci. Sanctus
autem Martyr rogauit Præsidem, dicens: Rogo te, o Præses, iube me abduci in mona-
sterium, & illic consummari. Præses autem iussit sic fieri.

Gladio p-
cuti iube-
tur.

Pfal. 93.

Cum verò duceretur sanctus, prompto & alacri animo sic canebat: Deus vltiōum
Dominus, Deus vltionum liberē egit. Postquam autem appropinquauit monaste-
rio, occurrit ei cerua, & adorauit ad eius pedes. Dixit verò ei sanctus: Priuata es fra-
tribus: ecce priuaris eo quoque, qui te aluit. Concedat Deus omnium seculorum,
vt neque tu, neque semen tuum veniatis in potestatem venatorum: sed sit fem en tu-
um ferens genus suum in memoriam nostram, vt id consummetur ad Dei glori-
am. Flens verò cerua, cecidit ad eius pedes. Cum eam autem signasset sanctus mar-
tyr, dixit ei: Vade in pace. Cum verò appropinquasset monasterio, orauit dicens:
Domine Deus meus, suscipe in pace animam meam, & dignare me esse cum meis
fratribus in omnia secula, vt glorificemus sanctum nomen tuum. Da autem Do-
mine Deus meo ei, qui nostram peragent cōm memoratiōem, perpetuā tuam benedi-
ctiōnem: & omnibus, qui te inuocabunt propter me, Domine, da gratiam: & siue in
easta inuenti fuerint, siue in magna necessitate, siue in terribili iudicio, aut in malis
somnia, & inuocauerint nomen sanctum tuum in nomine famuli tui, præbe eis Do-
mine tuam misericordiam, & imple eorum petitiones. Eo autem orante, fit vox Dei
ad eum, dicens, Gaudeas mi athleta Athenogenes, mi electe: hodiē mecum eris in pa-
radiso cum tuis discipulis. De gratia verò, quam à me petijsti, ecce dedi tibi tuas petiti-
ones. Quicumque me inuocauerit per nomen tuum, & in qua domo lecta fuerit tui cō-
memoratio, liberabitur ab omni afflictione & necessitate, & eius peccatorū inducā
obliuionem. Vos autem, electi mei, eritis defensores omnium viduarum, orphano-
rum nutrimentum, hospitem refugium, prouiso pauperum, medici ægrotorum,

Orat pro
sui memo-
riam habi-
turis.

fuga.

fugatores malorū spirituum. Cū verò ad eum facta esset vox Domini, ense fuit percussus sanctus Athenogenes: Et sic suum spiritum tradidit in multa pace.

Passi sunt autem hi sancti martyrium in Sebasstea, tempore Diocletiani Imperatoris. Depositi verò fuerunt in Pedachthone. Peragitur autem memoria sancti Athenogenis, & eorum, qui fuerunt cum ipso, Martyrum, mensis Iulij xvij. iuxta Romanorum supputationem. Cerua autem accedit in memoria sanctorum martyrum, offerens Deo donum hinnulum. Et cū legitur sanctum Euangelium, eum offert videntibus omnibus, oratque sua flectens genua, & relicto suo hinnulo, abit in pace in locū suum. Consumitur verò hinnulus in gloriam Dei & in honorem sanctorum martyrum. Decertarūt autem ij sancti imperante Diocletiano, in nos autem regnante Domino nostro Iesu Christo: Cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Plectitur capite.

Insigne miraculum.

VITA S. PHILASTRII EPISCOPI BRIXIENSIS, PER S. GAUDENTIVM EIVS SVCCESOREM conscripta. Habetur in libro vetusto sacrarj ecclesiæ Brixienfis, estque sermo habitus in annuersario die solennitatis illius.



HARISSIMI, nos hodiè memores promissionū Christi, honorē debitū beato patri nostro Philastrio tāquā verè viuenti deferimus. Est enim Patriarcharum filius & socius in fide, & æmulator conuersationis: quorum sinceritati similimus, æqualem Christum viuere Deo pronunciat, incredulitatem Sadducæorum valida per-
Math. 22. scriptione refellens, dum dicit illū, qui nūcupatur Deus Abrahamæ & Isaac & Iacob, non esse Deum mortuorum, sed viuorum. Omnes, enim, inquit, illi viuunt. Et certè scriptura diuina mortuos asserit eos fuisse in Christo, iuxta conditionem carnis, quanuis in senecta bona præ-

dixerat esse sepultos, sicut extantia demonstrent sepulcra. Quod igitur beato Petro licuit audenter dicere de patriarcha Dauid, quia mortuus fuerit & sepultus, cū sciret eum prophetica fide vitam præsumpsisse post mortem, quippè dixerat: Viuet anima mea, & laudabit te, & cetera huiusmodi: Liceat & nobis audenter dicere ad vos de filio Patriarchæ legitimo, summoque sacerdote Philastrio, quoniam mortuus quidem est & sepultus, & sepulcrum eius est apud nos: sed vita eius in Christo est apud Deum. Itaque cū Christus apparuerit vita nostra, tunc & iste cum ipso apparebit in gloria. Legitimum verò eum esse filium beatissimi Abrahamæ, fidei atque operum testantur exempla. Credens enim Deo fide plenissima, exijt & ipse de terra sua, & de cognatione sua & de domo patris sui: & sequebatur verbum Dei, ab omnibus seculi impedimentis exutus. Ac propterea cito assequi meruit, quod sequi studuit expeditus.

Acto. 2.

Psal. 118.

Coloff. 3.

Relinquit omnia. Philastrius.

Coloff. 2.

Arrianos acriter oppugnat, & ab illis verberatur.

Exercens nanque continentiam singularem, peruigil in scripturis sanctis, Dei sapientiam concupiuit, portionem suam Christum reputans Dominum: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ cælestis absconditi. Quibus cū repleuisset desiderium suum desideriorum cælestium vir, & per impositionem manū presbyterij, dispensator fuisset diuini sermonis electus, negligere gratiam Dei omninò passus non est. Sed circumiens vniuersum penè ambitum Romani orbis, Dominicum prædicauit verbum, Pauli Apostoli idoneus imitator existens. Sancto enim spiritu plenus, non solum contra Gentiles atque Iudæos, verum etiam contra hæreses omnes, & maximè contra furentem eo tempore Arrianam perfidiam, tanto fidei vigore pugnavit, vt etiam verberibus subderetur, & in corpore suo stigmata Domini nostri Iesu Christi portaret. Nam & in Mediolanensi vrbe idoneus olim custos Domini gregis fuit, Arriano repugnans Auxentio, priusquam beatus eligeretur Ambrosius. Romæ etiam non exiguo tempore moratus, multos & publica & priuata disputatione lucratus in fide est. Sed neque per vicos & castella diuersarum præteriens regionum, prædicare verbum Dei vnquam destitit fidelis Christi discipulus.

Post